



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Michael Archang. 29. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

Sept.
n ex-
mer-
eno-
elue-
& in
tum
Lio-
ibus
nnia
mut-
e re-
con-
rò se-
nes
uete
i M.
ent.
nul-
llud
ilti-
iga-
nne-
fo-
in-
it.
offe-
non
am
up.
II.

29. Sept. VITÆ SANCTORUM. 611

S. MICHAEL ARCHANG. 29. Sept.

MICHAELM vides Angelorum bonorum omnium Principem, malorum omnium domitorem: Numinis ad mortales principem legatum, horum ad celos ductorem fidissimum, operunque equissimum libripendem. Tam bene itaque dese merito Christiana Respub. jam olim trophæa, aras & templæ statuit. Nam ut montem Garganum, cuius alibi mentionem fecimus, hīc taceam, D. Iohannis Apostoli ætate *Michælis* nomen, quod salutiferas in hominum usam aquas eduxisset, apud complures populos celeberrimum fuit. D. etiam Autbertus sub annum Christianum d. cc. ix. ita iubenti *Michæli* ædem in rupe, quam mare undique alluit, exædificavit. Imp. deinde Constantinus, cum ejus auspiciis hostes suos omnes devicisset, gratitudinis monumentum splendidissimum templum posuit, cuius exempli sri hetedes viros deinceps principes permulcos, sed nostrâ potissimum tempestate habuit. Vedit certè Bavaria in eam magnificentiam sacra D. *Michæli* testa exsurgere, ut aut has ædes terra dignas aut nullas habeat, quas cæli Princeps post cælum incolat. Quamvis, si verum loqui velimus, non tam Angeli nobiscum, quam nos secum habitare percipiunt.

Qq 2

QHAB

612 VITÆ SANCTORUM. 30. Sept.

Quantâ solitudine nobis opus est, ut dignos nos exhibeamus Angelorum frequentia,
Et eo modo conversemur in conspectu eorum, ne forte sanctos offendamus obtutus? Vt enim nobis, si provocati peccatis nostris indignos nos judicaverint suâ visitatione.

S. Bern. serm. 1. de S. Michaele.

S. HIERONYMUS D. ECCL.

30. Septembris.

Fuit HIERONYMUS natione Damata. Mundum pñne omnem cum iustrasset, neque usquam hic arrideret, pedem extra mundum tandem posuit, hoc est, ad Anachoretas transtulit. Hic dum identidem profanos adhuc scriptores lectitat, evocatus ad divinum tribunal, quis sit? rogatur. Respondet Christianum se esse: at negat iudex, Ciceronianum esse dictitans, non Christianum; simul mendacit convictum credi tamdiu imperat, dum vitæ emendationem HIERONYMUS, cælites vadimonium spondent. Et certè amplius quid fuisse quam somnium sparsæ passim per omne corpus plagæ loquebantur. Quid jam mirum, si exinde, quidquid demum ageret HIERONYMUS, auribus ruba illa fatalis obimur murabat, oculisque vindex ille iudex oberrabat? Porrò in more positum habuit, cum orcus incurset, ad Jesu pedes configere, hos longis jejunis